BIBLIOTHECAE MEXICANAE

C
Z1421
E3
V.1
c.1

002991

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080019596

EX
HEMETH

ALCANCE AL NUM. 4
DEL CATOLICO.

MORELIA, OCTUBRE 13 DE 1883.

✝

A las diez de la mañana de hoy, ha fallecido en esta Ciudad, victima de un ataque apoplético el Sr. Canónigo Licenciado Don Luis G. Segura, Gobernador y Provisor de la Arquidiócess, Juez de Testamentos, Rector y Catedrático del Colegio Seminario.

Ayer todavia tuvimos el gusto de saludarle en el Colegio; nada anunciaba la proximidad del funesto acontecimiento, y hoy, á las siete de la mañana, el Señor Segura, despues de celebrar su Misa, hizo algunas invitaciones en compañía de sus discìpulos, para el Acto de Derecho que debió presidir en la tarde. Se sentía tan bueno, que la muerte le sorprendió en los momentos en que, sentado á la mesa, comenzaba eldespacho de los negocios en el Juzgado de Testamentos. Un dolor agudísimo en el cerebro fué la señal primera de su gravedad; audieron violentamentamente algunos Eclesiasticos y pudo recibir los últimos auxilios espirituales; los médicos acudieron tambien, pero en vano, la ciencia fué impotente para salvarle.

Terrible poder el de la muerte que así destruye en breves instantes las mas preciosas existencias.

El Señor Segura era á la vez padre amorosísimo, sacerdote ejemplar, sábio gobernante, hábil é integérrimo letrado, literato distinguido, bondadoso y siempre fiel amigo; todos estos títulos le habian grangeado el afecto de la sociedad morelina que se honraba al contarle entre sus miembros mas notables. Nadie hubiera creido ayer que tan pronto le perdieramos; abrumado con el peso de inumerables y delicados negocios, su salud sin embargo, si no era del todo buena, si autorizaba para augurale todavia largos años de vida, que enpleada en servicios de la Iglesia habria dado nuevos y copiosos frutos de bendicion.

Profundamente conmovidos por lo inesperado del acontecimiento, nos falta el tiempo y la calma necesaria para dar á conocer á nuestros lectores la biografia del finado; nos conformamos pues por ahora, con algunos apuntes que hemos podido ordenar muy á la ligera.

El Sr. Segura era oriundo de S. Luis Potosi y vino muy jóven á esta Ciudad para emprender la carrera de las letras que siguió hasta el fin en el Colegio Seminario, del cual llegó á ser notabilísimo alumno, distinguido por la particular estimacion que le dispensaron los Sres. Munguía y Lavastida. Recibido de abogado sirvió con aplauso de todos varias cátedras en el Establecimiento. En breve tiempo el Gobierno del que entonces era Departamento, justo apreciador de su mérito, le nombró Ministro del Supremo Tribunal de Justicia, y despues Secretario del despacho. Al decir de las personas que entonces le conocieron, era digno de verse el jóven abogado, revestido de manto y beca, figurando ya en los mas elevados puestos de la administracion. Pero el caracter naturalmente bondadoso del Sr. Segura, no se acomodaba con la dura disciplina y los odios irreconciliables del partidario; asi es que pronto dejó aquel camino para entregarse á las laboriosas y pacificas tareas de su profesion, que supo ejercer con tal tino y acrisolada honrades, que los hombres de negocios jamas dudaron de sugetar á su fallo en calidad de árbitro las mas dificiles é intrincadas cuestiones. Por aquel tiempo contrajo matrimonio con una distinguida Señorita de esta Ciudad, y mientras vivió en ese estado, fué ejemplo de todas las virtudes cristianas como esposo y como padre.

Asi se deslizaba tranquilamente su vida, ganando cada dia mas en la estimacion y confianza de sus conciudadanos, sin distincion de clases, ni de partidos; pero Dios Nuestro Señor, que supo escoger entre millares á Pedro y á Pablo, le habia escogido á èl para brillar en los mas altos empleos de su Santa Casa. La muerte le arrebató á su esposa, y trascurridos algunos años, en el de 1875 recibia la uncion sacerdotal de manos de nuestro Illmo Prelado, que lo acogió con verdadero júbilo.

Desde entonces la vida del Señor Segura fué toda para la Iglesia; ya hemos dicho al comenzar este artículo todos los cargos que desempeñaba; á todos ellos atendia sin precipitacion, sin dar la mas ligera señal de impaciencia ó enfado; antes bien, siempre jovial, siempre atento y comedido con toda clase de personas. Parecia imposible que con tal recargo de ocupaciones, hombre alguno tuviera tiempo para dedicarse á las funciones mas delicadas del ministerio Sacerdotal; y sin embargo, el Señor Segura, sabía darse lugar para confesar, para predicar y hasta para escribir el Compendio de la Gramática Castellana que sirve de texto en ambos Colegios, y otro inédito sobre la Gramática Latina.

En los últimos años de su vida, amargas penas afligieron su corazon, y para agravarlas, la vil calumnia que le respetó mientras fué seglar, intentó manchar su inmaculada conducta cuando fué sacerdote; no lo consiguió en verdad, antes bien, contribuyó á dar mayor realce á sus virtudes, poniendo á prueba la entereza de su alma que jamas se conmovió por el ruin sentimiento de la venganza.

Nosotros que le tratamos muy de cerca y recibimos de él inolvidables servicios, nos hemos creido obligados á tributar á su memoria en este semanario, fundado bajo su direccion, un humilde homenaje de gratitud, á reserva de dar en otra ocasion mas amplias noticias sobre su vida.

Reciba su familia nuestro sentido pésame y viva él eternamente en el seno del Señor.

El Sr. Segura nació en Sta. María del Río, [illegible] de San Luis Potosí

TIP. EN S. IGNACIO.

BIBLIOTHECÆ MEXICANÆ

TOMUS PRIMUS

Exhibens Litteras A B C.

Obra muy rara y contiene muy curiosas y útiles noticias históricas

[signature]

FONDO ... VALVERDE Y ...

BMU Raúl Rangel Frías
UANL
FONDO
EMETERIO VALVERDE Y T.

CAPILLA ALFONSINA
UANL

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TÉLLEZ

BIBLIOTHECA MEXICANA

SIVE

ERUDITORUM HISTORIA VIRORUM,

qui in America Boreali nati, vel alibi geniti, in ipſam Domicilio aut Studijs aſciti, quavis linguâ ſcripto aliquid tradiderunt:

Eorum præſertim qui pro Fide Catholicâ & Pietate ampliandâ fovendâque, egregiè factis & quibuſvis Scriptis floruere editis aut ineditis.

FERDINANDO VI

HISPANIARUM REGI CATHOLICO

NUNCUPATA.

Nicolas Leon. Nicolas Leon.

AUTHORE

D. JOANNE JOSEPHO DE EGUIARA ET EGUREN,

Mexicano, electo Epiſcopo Jucatanenſi, Metropol. Eccleſiæ patriæ Canonico Magiſtrali, Regiæ et Pontificiæ Univerſitatis Mexicanenſis Primario et Emerito Theologiæ Anteceſſore, quondamque Rectore, apud Sanctæ Inquiſitionis Officium Cenſore, Illmî. Archiepiſcopi Mexicani Conſultore, et Diœceſis Examinatore Synodali, Capucinarum Virginum à Confeſſionibus et alijs ſacris.

TOMUS PRIMUS

Exhibens Litteras A B C.

MEXICI:

Ex novâ Typographiâ in Ædibus Authoris editioni ejuſdem. Bibliothecæ deſtinatâ. Anno Domini

MDCCLV.

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
40324
40310
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

C
Z1421
E3
V.1

FERDINANDO VI
HISPANIARUM
AC NOVI ORBIS
REGI CATHOLICO

Dr. Joannes Joſephus de Eguiara & Eguren

Felicitatem.

GEmina ſunt, Catholice Rex Ferdinande, & gravia momenta, quæ me Bibliothecam Mexicanam ſcribere aggredientem, & ut ut

 po-

002991

poteram adornantem, ipſa ut Tuo inſcripta auguſtiſſimo Nomini dicataque in publicum iret, non allexerunt tantũ & invitarunt, ſed, jucundiſſimâ mihi neceſſitate, impulerunt etiam & coegerunt. Nam & ſi Opus Te dignum ab iſta ingenij mei & eruditionis mediocritate profiſciſci non poſſe cognoverim, Argumentum tamen Operis, rudis licét & impoliti, ſuopte genio unum Te Patronum ambit, & palam requirit. Adhæc beneficia, queis, pro Regiâ tuâ munificentiâ, & in me cohoneſtando gratiâ & humanitate, meum Tibi animum iterum atque iterum devinxiſti, ut me unà cum elucubratis á me Libris demiſiſſimé Majeſtati Tuæ ſiſtam, docent atque perurgent. Et quòd ad Librorum inſtitutum ſpectat, Bibliothecam Mexicanam legenti, nulli dubium erit, quin illud facilè in Te involet, ne dum Mecœnatem atque Patronum, ſed verò etiam Creditorem ac Dominum. Ecquis enim, in Te non videt redivi-

vos Hiſpaniarum & Indiarum Monarchas, eximiarum laude virtutum, & nunquam interitura gloria clariſſimos? Ferdinandum V, cujus auſpicijs novus Orbis, tandiu veterem latens, fauſto demum ſidere aparuit, & Catholicæ Eccleſiæ Romanæ aggregari cœpit atque conjungi? Carolum inter Cæſares V, quo rerum potiente, & Indijs Fideique invigilante, vaſtiſſimum florentiſſimumque Imperium Mexicanum Hiſpano juxtá & Chriſtiano nomini deditum, incredibiles ferme, & ſané fauſtiſſimas noſtræ Religioni acceſſiones peperit, & appẽdices jucundiſſimas, ac etiamnum immenſas, nec eruditis viris ingratas? Philippum II, cui ad clavum ſedenti, qua erat egregia ſapientiâ & pietate, nil antiquius fuit, quam ut Orbis novus quotidiana in virtutibus & litteris incrementa capeſſeret? Philippos item III & IV, Carolumque II, quos nihilo ſegniores America experta eſt in ejuſdem rebus accurandis Parentes? Atque ut uno omnes omnia

que complectar, Philippum V, genito-
rem Tuum glorioſiſſimum, adverſus
Americanos,queis cordi perpetuò fuit,
beneficentiſſimum amantiſſimumque?
Hos profectó Auguſtiſſimos Deceſſo-
res Tuos Tu ipſe cum referas imitere
que quam exacté, omnium in Te uno
dotes animi & virtutes complexus; &
Juſtus publica audis nuncupatione,
quæ eximia Tua decora verbo definit
& ob oculos ponit; & Hiſpaniarum
unáque Indiarum cunctos retro præ-
claros Principes ſuſpiciendos exhibes
& laudandos. Jam verò, ſi nemo eſt
qui ignoret, Illorum ſtrenuâ quidem
operâ, immenſis propemodum ſump-
tibus, & incredibili diligentiâ, Urbes,
Provincias, Regna, Americâque pro-
pemodum univerſam Borealem exi-
mia floruiſſe Religione ac Pietate, &
in Scientijs Artibusque cultura; quæ
Bibliotheca iſthæc docet,in lucem pro-
ductis Scriptoribus plurimis, qui & Li-
bris exaratis, & egregijs laboribus ac
virtutibus, Fidem Catholicam propa-
ga-

garunt atque foverunt, Litteris tra-
dendis inſudarunt & inſtiterunt,in qui-
bus etiamnum, Te fautore beneficen-
tiſſimo, alacriter pergunt, & quotidia-
nas operas ponunt; Ipſam, tota quota
eſt, Bibliothecam Mexiceam Tui eſ-
ſe juris nullus non dicet, ſuccenſerent
que mihi æqui rerum æſtimatores, ceu
furti reo, ni quidquid eſt hujuſce Ope-
ris, Tibi conſecrarem ac redderem.
Accedit, quod ſuperius jam inſinua-
vi momentum alterum, cui obniti in-
genuo viro turpiſſimum haberetur &
indecorum, Tua, inquam, in me bene-
ficijs augendo Regia plane humanitas
& benignitas. Nam poſtea quam, Tuis
in Academia Mexicanenſi ſtipendijs,
Primariam Theologiæ Cathedram re-
xeram, atque Emeritum egeram Pro-
feſſorem, Sacerdotio Metropolitanæ
Eccleſiæ Mexiceæ pro habendis Con-
cionibus dignatus es me; nec diu poſt
ad Epiſcopales Jucatanenſes Infulas
promoviſti. Tum verò, quòd ampliſſi-
mæ iſti Dignitati ferendæ imparem

me

me cognorim, & infirmâ ad id officij corporis valetudine, & animi virtutum cæterarumque dotium exilitate; ea ut me liberatum velles provincia, cernuus ſupplexque ubi Tuam Clementiam rogavi, æqui & boni cauſas á me expenſas duxiſti, datisque, ut Tua eſt eximia in ſubditos Tibi clementia, Regijs Litteris, illuſtriſſimo juxtá & graviſſimo faſce levatum me, ut Bibliothecæ Mexicanæ, de qua conſcribenda certiorem Te feceram, ornandæ inſiſterem, gratum habuiſti, & additis ſtimulis excitaſti. Hæc cúm ita habeant, Bibliothecã ipſam Mexicanam non uno tantúm nomine nuncupandam Tibi eſſe, cúm ejuſdem materies & ratio, meum tum etiam officium monet exigitque; ut ſubinde committere non poſſim, quin publicam Opus hocce lucem viſurum, Tuam beneficentiſſimam umbram expoſcat, á qua & præſidium validiſſimum habeat, quod in Te uno America noſtra collocatum ſibi gratulatur ac conſtitutum, & (quem ab Authore ſpe-

ſperaret nunquam) á Te ipſo ſplendorem hauriat ampliſſimum. Quod ſi, ut ſcripſit aureo eloquentiæ flumine juxtàque egregia vitæ ſanctitate præclarus Eccleſiæ Doctor Sanctus Joannes Chryſoſthomus, *Orientibus Solis radijs, & tenebræ fugantur, & feræ latitant, foveisque conduntur: & latrones recedunt, & homicidæ ad antra ſuffugiunt, & amoventur pyratæ, & ſepulchrorum violatores fugantur, & adulteri, & fures, & domorum perfoſſores deprehenſi á Sole & redarguti; periclitantes abeunt, ſeſeque alicubi procul occultant;* S. Chryſoſtom. Hom. 1. de laud. Pauli. ſperabo profecto fore, ut Bibliotheca iſthæc, quæ in Te ſe recipit beneficentiſſimum Solem, cujus obarmata radijs, Litteratorum Theatro ſiſtatur, tenebriones vereatur nullos, quos nonnunquam infeſtos ſibi habuere Mexicanenſes: umbras diſpellat, in quibus illi conſepultos nos opinantur & garriunt, imò verò ſomniant atque delirant: & tandem aliquando compertum habeant, ijs etiam, Occidentis li-

 cét,

cét, plagis lucem ipſam ſapientiæ, quæ apud Orbem veterem ſplendeſcit, jam diu affulſiſſe, incrementaque ad meridiem uſque captaſſe, quæ porro Americani accepta referunt Soli ſuo, id eſt, Tibi, Potentiſſime Rex, Auguſtiſſimorum Regum hæredi, vividæ ac ſpiranti eorundem imagini, Hiſpaniarum & novi Orbis delicio. Precor itaque ex animo Supremum Numen, ut poſt adminiſtratas (quod feciſti hactenus) æquiſſimis legibus tot Provincias & Regna, ad Beatorum ſedes & gaudia placidiſſimé deducaris.

AP-

APPROBATIO

P. JOANNIS ANTONII DE OVIEDO

Societatis Jeſu, Sancti Inquiſitionis Officij Qualificatoris, et Illuſtriſſimæ Congregationis Puriſſimæ Virginis MARIÆ in Collegio Maximo Mexicano Præfecti.

GRatiſſimo, & jucundiſſimo animo decretum accepi, quo Excmús. D. D. Joannes Franciſcus de Guemez & Horcaſitas Comes de Revilla Gigedo, Catholicæ Majeſtatis à Conſilijs & Cubiculis, & ejuſdem loco hujus Novæ Hiſpaniæ Prorex, & Regalis Chancellariæ digniſſimus Præſes mihi dignatus eſt committere, ad cenſuram dicam, an admirationem ſelectiſſimum Opus, quo Perilluſtris D. D. D. Joannes Joſephus de Eguiara Primariæ Theologiæ Cathedræ in Regia, ac Pontificia Mexicana Academia Profeſſor Emeritus, Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus Magiſtralis, & ad Jucatanenſis Eccleſiæ Sacras Infulas, quas ea, qua pollet modeſtia, & humilitate adire recuſavit, jam pridem electus, bono Patriæ, & Americæ hujus Septentrionalis nomini conſulens locupletiſſimam Bibliothecam adornavit, in qua manifeſtum facit, Americam noſtram non modò auro, argento, & pretioſis alijs opibus, quibus Hiſpaniam, imò & Europam totam locupletat, abundare, ſed & innumeris nobilitate, religione, & litteratura præclariſſimis Viris, quorum nomina, & opera accuratiſſimo ſtudio inveſtigavit, ſemper fuiſſe, & eſſe refertam. Sciebat enim præſtantiſſimus Doctor bonum nomen, & famam ex Sacro Proverbiorum oraculo quibuſlibet alijs divitijs longè præſtare. Nec Prov. c. 22.
eminentiſſimum in omni Sacra & prophana eruditione Virum latebat, Patriam (quod ajebat Hierocles apud Stobæum) eſſe quaſi alterum Deum, primumque & maximum Parentem, cujus bono propagando nomini debent filij ſedulo invigilare, & Coronam Stob. ſerm.
quam egregijs ſibi facinoribus promeruerint, non ſibi, ſed Patriæ 37.
cedere, & vendicare; quod olim Græci, teſte Plinio, cives ſuos edocebant. Prodeat ergo in publicam lucem abſolutiſſimum Opus, in Plin. lib.
quo cum aliàs nullum offendiculum vel ſeverior Criticorum Cenſura poſſit invenire, Lectores ex tot ſelectiſſimis ſanctitate, & litteratura Viris, quorum nomina & opera præſens Bibliotheca recenſet, animos faciant ad ingenia litteris excolenda, & ſpiritus virtutibus exornandos. Ita cenſeo ſalvo meliori in hoc SS. AA. Petri & Pauli Maximo S. Jeſu Collegio die 27 Aprilis anno Dñi. 1755. 16. cap. 4.

✠
IHS
Joannes Antonius de Oviedo.

VIN-

VINCENTII LUPII
è Societate Jeſu
CENSURA.

Domine Pro-Archiepiſcope.

POſt ſalutem plurimam Dominationi Veſtræ animitùs dictam, ſentio, ac profiteor, *Bibliothecam D. Doctoris Joannis Joſephi Eguiaræ* editionem, & lucem publicam jure quodam optimo poſtulare; tum quòd in ea ſit nihil à veræ Fidei decretis, aut moribus antiquis alienum: tum quòd ex umbra, in aciem & Solem prodire faciat, non modò Scriptores Americæ noſtræ, ſed illorum etiam facinora egregia, qui pro Dei gloria, ac dilatando Evangelio maximè inſudaverunt, deſcribat, laudet, amplificet. Unde illa duo facile conſequentur, juventutis, inquam, noſtræ majus in dies ad excolendas Scientias ſtudium, & ardor, & honeſtè, ac præclarè factorum accurata ac diligens imitatio.

De Authore vero Libri (quando plura ſunt mihi inſignia, & illuſtria, modeſtiæ ejus gratiâ, ſilentio premenda) unum illud libenter uſurpo, quod de Nepotiano ſuo Hieronymus. *Lectione*
S. Hieron· tom. 1. poſt med. Epiſt. 3. Heliod.
aſſidua, & meditatione diuturna pectus ſuum Bibliothecam fecerat Chriſti.

Inter hæc precor D. O. M. ut Dominat. V. ſalvam diu, & incolumem velit. Mexici poſtr. Id. Jan. anni Dni. 1755. In Collegio Societatis JESU Sanct-Andreano.

Paratiſſ. ad officia

✠
IHS

Vincentius Lupius.

EXcellentiſſimus D. D. Joannes Franciſcus de Guemez et Horcaſitas Comes de Revilla Gigedo, Novę hujus Hiſpanię Pro-Rex, viſâ pręcedenti Approbatione à R. P. Doctore Joanne Antonio de Oviedo Societatis Jeſu, Sancti Inquiſitionis Officij Qualificatore, et Illuſtriſſimę Congregationis Puriſſimę Virginis Marię apud Collegium Maximum Mexicanum Pręfecto, datâ, ut hic Tomus I Bibliothecę Mexicanę excudatur conceſſit die 28 Aprilis anno Domini 1755.

PErilluſtris D. D. D. Franciſcus Xaverius Gomez de Cervantes Primarius et Emeritus Sacrorum Canonum in Academia Mexicana Profeſſor, Vicarius Generalis Mexicei Archiepiſcopatus, electus Epiſcopus Portudivitenſis, editionem hujus Tomi I Bibliothecę Mexicanę permiſit, viſâ Approbatione R. P. Vincentij Lupij Societatis Jeſu, Sanctę Inquiſitionis à cenſuris, Decreto ſubſcripto die 31 Januarij anno Domini 1755.

ERRORES TYPOGRAPHICI ALIQUOT CORRIGENDI HOC PRIMO TOMO.

IN ANTELOQVIIS.

Ant. 1 Pag. 3 lin. 15 pro *cimmerijs* ſcribe *Cimmerijs.*
Ibid. p. 1 lin. 3 pro *Carpentanorum* ſcribe *Carpetanorum.*
Ibid. pag. 4 lin. 2 pro *ſumite* ſcribe *ſummite.*
Ibid. lin. 30 pro *commoſtraremus* ſcribe *commonſtraremus.*
Ant. 2 Pag. 1 lin. 21 pro *dadolari* ſcribe *dedolari.*
Ant. 3 Pag. 5 lin. 20 pro *alijs* ſcribe *alis.*
Ant. 4 Pag. 3 lin. 27 pro *fatis* ſcribe *factis.*
Ant 5 Pag. 1 lin. 26 pro *excriptis* ſcribe *exſcriptis.*
Ant. 6 Pag. 2 lin. 15 pro *Herorum* ſcribe *Heroum.*
Ibid. Pag. 3 lin. 6 pro *indoli* ſcribe *indole.*
Ibid. lin. 12 pro *ni* ſcribe *niſi.*
Ant. 7 Pag. 2 lin. 9. pro *Egyptiorum* ſcribe *Ægyptiorum.*
Ant. 10 Pag. 3. lin. 12 *ſuppellectilli* ſcribe *ſupellectili.*
Ibid. lin. 14 pro *Cordeſiane* ſcribe *Cordeſiana.*
Ant. 13 Pag. 6 lin. 13 pro *abierunt* ſcribe *obierunt.*
Ant. 18 Pag. 5 lin. 31 pro *noliſſim.* ſcribe *nobiliſſimi.*

IN BIBLIOTHECA.

Pag. 4 col. 2 lin. 17 pro *Juſtinianais* ſcribe *Juſtinianeis.*
Pag. 10 col. 1 lin. 33 pro *Legico* ſcribe *Lexico.*
Pag. 15 in Elogio lin. 2 pro *Alexnader* ſcribe *Alexander.*
Pag. 16 lin. 10 pro *Religionem* ſcribe *Religione.*
Pag. 18 col. 1 lin. 7 pro *Syllabarum* ſcribe *Syllabum.*
P. 26 c. 1 lin. 25 pro *Academiorum* ſcribe *Academicorum.*
Ibid. col. 2 lin. 15 pro *conjungio* ſcribe *conjugio.*
P. 31 col. 2 lin. 13 pro *Baccalaurus* ſcribe *Baccalaureus.*
Pag. 34 col. 1 lin. 16 pro *Norter* ſcribe *Noſter.*
Pag. 40 col. 1 lin. 20 pro *divitus* ſcribe *divinitus.*
Ibid. col. 2. lin. 6 pro *cocodamon* ſcribe *cacodæmon.*
Pag. 52 col. 1 lin. 33 pro *cocodæmone* ſcribe *cacodæmone.*
Pag. 43 col. 1 lin. 19 pro *à quibus* ſcribe *è quibus.*
Ibid. pro *nulla* ſc ibe *nulla.*
Pag. 49 col. 2 lin. 28 pro *fruſtra* ſcribe *fruſta.*
Pag. 53 col. 2 lin. 28 pro *Batica* ſcribe *Bætica.*
Pag. 64 col. 2 lin. 15 pro *quem* ſcribe *quam.*
Pag. 75 col. 2 lin. 27 pro *egenibus* ſcribe *egentibus.*
Pag. 79 col. 2 lin. 29 pro *tam & ſi* ſcribe *tametſi.*
Ibid. lin. 3 pro *ſucceſiuis* ſcribe *ſucciſivis.*
Ibid. col. 2 lin. 23 pro *preſo* ſcribe *preſſo.*
Pag. 81 col. 1 lin. 26 pro *enerudito* ſcribe *inerudito.*
Pag. 82 col. 2 lin. 4 pro *Cancellario* ſcribe *Cancellarius.*
Pag. 88 col. 2 lin. 14 pro *juſu* ſcribe *juſſu.*
Pag. 90 col. 2 lin. 36 pro *es* ſcribe *eis.*
Pag. 91 col. 1 lin. 21 pro *contineri* ſcribe *continere.*
Pag. 101 col. 2 lin. 34 pro *preſas* ſcribe *preſſus.*
Pag. 102 col. 2 lin. 12 pro *virijs* ſcribe *viris.*
Pag. 111 col. 2 lin. 7 pro *defferente* ſcribe *deferente.*
Pag. 112 col. 2 lin. 9 pro *Deum* ſcribe *Deus.*
Pag. 117 col. 2 lin. 38 pro *reſſertas* ſcribe *refertas.*
Ibid. lin. 39 pro *nutidas* ſcribe *nitidas.*
Pag. 125 col. 2 lin. 20 pro *capud* ſcribe *caput.*
Pag. 133 col. 1 lin. 1 pro *eterno* ſcribe *æterno.*
Pag. 135 col. 2 lin. 22 pro *eppellans* ſcribe *appellans.*
Pag. 144 col. 2 lin. 27 pro *ſexenium* ſcribe *ſexennium.*
Pag. 146 col. 2 lin. ult. pro *quomdam* ſcribe *quondam.*
Pag. 148 col. 2 lin. 24 pro *pratioſa* ſcribe *pretioſa.*
Pag. 150 col. 2 lin. 28 pro *Philipo* ſcribe *Philippi.*
Pag. 156 col. 1 lin. 6 pro *bucis* ſcribe *buccis.*
Pag. 158 col. 1 lin. 18 pro *notiam* ſcribe *notitiam.*
Pag. 161 col. 1 lin. 5 pro *tenneris* ſcribe *teneris.*
Pag. 171 col. 2 lin. 37 pro *ſuis* ſcribe *ſui.*
Pag. 180 col. 2 lin. 31 pro *tempore* ſcribe *tempora.*
Pag. 181 col. 1 lin. 37 pro *inſignem* ſcribe *inſigne.*
Pag. 200 col. 2 lin. 26 pro *Deſſinitor* ſcribe *Deſinitor.*
Pag. 206 col. 1 lin. 38 pro *jeiunis* ſcribe *jenunijs.*
Pag. 210 col. 1 lin. 31 pro *aqueſtris* ſcribe *equeſtris.*
Pag. 218 col. 2 lin. 40 pro *negotis* ſcribe *negotijs.*
Pag. 229 col. 1 lin. 20 pro *maximan* ſcribe *maximam.*
Ibid. col. 2 lin. 26 pro *exanimen* ſcribe *exanimem.*
Pag. 235 col. 1 lin. 25 pro *ponente* ſcribe *potiente.*
Pag. 236 col. 2 lin. 39 pro *conjucto* ſcribe *conjuncto.*
Pag. 241 col. 1 lin. 17 pro *nominimus* ſcribe *nominibus.*
Pag. 247 col. 1 lin. 35 pro *juventibus* ſcribe *jubentibus.*
Pag. 249 col. 1 lin. 7 pro *maxima* ſcribe *maxime.*
Pag. 253 col. 1 lin. 7 pro *Gerſen* ſcribe *Gerſon.*
Pag. 264 col. 2 lin. 33 pro *ur* ſcribe *ut.*
Pag. 268 col. 2 lin. 3 *à Theologiam* dele *à.*
Pag. 276 col. 2 lin. 30 pro *quo* ſcribe *qua.*
Pag. 290 col. 1 lin. 12 pro *ſapta* ſcribe *ſepta.*
Ibid. col. 2 lin. ult. pro *mixicea* ſcribe *mexicea.*
Pag. 292 col. 1 lin. 26 poſt *eidem* adde *unà.*
Pag. 307 col. 1 lin. 19 pro *malet* ſcribe *mallet.*
Ibid. col. 2 lin. 40 pro *epitomem* ſcribe *epitomen.*
Pag. 310 col. 1. lin. 16 pro *verantur* ſcribe *venerantur.*
Pag. 314 col. 1 lin. 29 pro *terremotus* ſcribe *terramotus.*
Pag. 316 col. 1. lin. 4 pro *teſcuis* ſcribe *teſquis.*
Ibid. lin. 24 pro *horatus* ſcribe *hortatus.*
Pag. 317 col. 2 lin. 25 pro *memini* ſcribe *nemini.*
Pag. 324 col. 1 lin. 13 pro *obnuimus* ſcribe *abanimus.*
Pag. 341 col. 2 lin. 18 pro *Tunium* ſcribe *Turrium.*
Pag. 347 col. 2 lin. 6 pro *ſignatem* ſcribe *ſignantem.*
Pag. 374 col. 2 lin. 11 pro *tabullarijs* ſcribe *tabularijs.*
Pag. 380 col. 1 lin. 1 pro *audatius* ſcribe *audatius.*
Pag. 384 col. 2 lin. 12 pro *Provincia* ſcribe *Provincia.*
Pag. 386 col. 2 lin. 36 pro *ad* ſcribe *an.*
Pag 389 col. 2 lin. 33 pro *Tyranis* ſcribe *Tyrannis.*
Pag. 414 col. 1 lin. 26 pro *Imagine* ſcribe *Imaginum.*
Pag. 438 col. 2 lin. 23 pro *Claſis* ſcribe *Claſſis.*
Pag. 439 col. 2 lin. 10 pro *vatiſſimis* ſcribe *vaſtiſſimis.*
Pag. 449 col. 2 lin. 22 pro *Remedis* ſcribe *Remedijs.*
Pag. 457 col. 1 lin. 28 pro *pharſin* ſcribe *phraſin.*
Pag. 459 col. 2 lin. 35 pro *precoſi* ſcribe *precoci.*
Pag. 462 col. 1 lin. 17 pro *Precoſi* ſcribe *Precoci.*
Pag. 466 col. 1 lin 12 pro *Præſuli* ſcribe *Præſule.*
Pag. 467 col. 1 lin. 28 pro *merentibus* ſcribe *marentibus.*
Pag. 475 c. 1 lin. 38 pro *ſaptend ſſimis* ſcribe *ſapidiſſimis.*
Pag. 476 col. 1 lin. 40 pro *excriptis* ſcribe *exſcriptis.*
Pag. 477 col. 1 lin. 4 pro *imperij* ſcribe *imperio.*
Pag. 481 col. 1 lin. 13 pro *poitica* ſcribe *politica.*
Ibid. col. 2 lin. 29 pro *invendis* ſcribe *innuendis.*
Pag. 490 col. 2 lin. 3 pro *Hatur* ſcribe *Habetur.*
Pag. 491 col. 2 lin. 17 pro *ſumptum* ſcribe *ſumptuum.*
Pag. 498 col. 2 lin. 7 pro *diſpliſcere* ſcribe *diſplicere.*
P. 512 c. 2 lin. 33 pro *Goatmrlenſis* ſcribe *Goatemalenſis.*
Pag. 517 col. 2 lin. 29 pro *proprea* ſcribe *propterea.*
Pag. 519 col. 2 lin. 12 pro *optenta* ſcribe *obtenta.*
Pag. 525 col. 1 lin. 35 pro *neqamus* ſcribe *nequeamus.*
Pag. 529 col. 1 lin. 16 pro *cupidentibus* ſcribe *cupientibus.*

¶ Alia ſimilia errata, accentus, diphthongos, litteras ſupervacaneas, omiſſas, tranſpoſitas, inverſas, benignus lector emendet, tollat, reſtituat.

DE

DE BIBLIOTHECA

D. Doctoris Joannis Joſephi Eguiaræ, et Mexicanorum Ingenio.

Aprilis Dialogus.

Authore P. Vincentio Lopez, Corduvenſi, Theologo, è Societate Jeſu, apud Tribunal Fidei Cenſore.

CUM ineunte Aprili, ſub umbroſa platano Hiſpanus, Belga, Italus, pluresque alii Apollinis, & Minervæ alumni in villa non procul à Mexico Septentrionalis Americæ Metropoli, ſub mane conveniſſent: quandoquidem, inquit Italus

.....In molli conſedimus herba,
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos, Eclog. 3, ℣. 55.
Nunc frondent ſilvæ, nunc formoſiſſimus annus
.....dicite

Si quid novi eſt ab Æuropa: audivi enim ex Hiſpania naves ad Portum Veræ-Crucis appulſas, ſolentque inde ad nos uſque raras, ac peregrinas Librorum merces convehere, quas auro quovis Mexicani coemant: quo pacto fit ut quidquid in magna illa Ingeniorum altrice Æuropa cultores Literarum ſcribendo inveniunt

ela-